



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Iacobi Laynis Secundi Societatis Iesv Generalis
Alphonsi item Salmeronis Vnius in primis decem Socijs**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae Agrippinae, 1604

Reverendissimo D. Michaeli Dennio Tornaci Nerviorvm Episcopo Andreas
Schattvs Societatis Iesv Sacerdos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11740

REVERENDISSIMO
D. MICHAELI
DENNIO

TORNACI NERVIORVM
EPISCOPO

ANDREAS SCHOTTVS
Societatis IESV Sacerdos.



AVDARI sacrae li-
terae praecipunt, Prae-
sul amplissime, parent-
tes maioresq; nostros
qui bene beateq; de-
gentes, vita pie innocenterq; acta,
ad aeternam illam beatitudinem a-
spirarunt. Quod quidem salubre
consilium tantum abest vt olim
reprehenderint vitae innocentia
clari, vt etiam religiosè sibi seruan-
dum existimarint, qui vel apud
Graecos aut Romanos pietate iux-
ta ac doctrina viguerunt. In his
* 2 prin-

EPISTOLA

principem ut dignitate, sic & me-
 ritis locum obtinet B. Gregorius
 Pont. Max. qui Dialogorum libro
 S. Benedicti familiae longe in Oc-
 cidente antiquissima, auctoris di-
 eta factaque memoriae mandanda
 putavit Quam disertè ac pie mag-
 num illud Ecclesiae columen B.
 Hieronymus ascetarum Aegypti
 prima lumina Paulum, Hilarionè,
 & Malchum litteris consignavit
 Huius etiam sacris in studijs magi-
 ster Gregorius Nazianzi Episc. cui
 Theologi cognomentum, post B.
 Ioannem Apostolum adhæsit, cõ-
 tubernalem suum Beatum Basili-
 um, Cæsareæ Cappadociae Episco-
 pum vita sanctum pro funere lau-
 dauit: fratrem etiam ipsius Grego-
 rium Nyssæ Præsulem renuncia-
 tum commendauit. Ambrosius
 fratrem quoque suum Satyrum;
 Valentinianum ac Theodosium
 Augg.

DEDICATORIA

Augg vt de re Christiana benemo-
ritos, vitam sanctos prædicare non
erubuit. Ceteros, sunt enim propè
innumerabiles, prætereo. Talium
tantorumq; exemplo pridem in-
citus, Superiorumq; iussu addu-
ctus P. Ribadeneira, trium, quo-
rum usus esset domestica familia-
ritate Præpositorum Generalium
Societatis IESU, vitas posteritatis
memoriæ, sed Hispanicè, commē-
davit. Verum ne, amplis illis qui-
dem, at Europæ habitatione au-
gustis nimis terræ finibus, præcla-
rè gesta illa dictaque dumtaxat le-
gerentur, operæpretium facturus
videbar, si Latino sermone longè
lateque diffuso exscriberem (præ-
sertim cum Iberiam annis aliquot
lustrarim) **VITAM P. Iacobi**
Laynis, proximi à B. Ignatio Lo-
iola, Societatis parente, Præpositi
Generalis, vt & nuper P. Franci-
scum

EPISTOLA

scum Borgiam Romæ Antuerpię
& Mogūtię diuulgaram. Hęc &
Alphonsum Salmeronę, olim à no-
bis in Hispania cū Operibus editū,
vt vnum in primis decem Socijs,
fidum quoque Laynis studiorum,
peregrinationumq; comitem ad-
iunximus. Quoties enim sacrosan-
ctę Synodi Tridentinę in mentē
venit (venit autem frequenter) to-
ties animo meo vtriufque Theo-
logi summa dicendi facundia ob-
uerfatur. Orante enim firmis late-
ribus, sententiamq; proferente
Layne, Patrum conuentus, flos in-
quam ingeniorum Europę, ora
obuertebant, & à dicentis ore apta
veluti cathena pendebant. Patro-
nus itaque, si lucem hic labor no-
ster aspiceret, more, institutoque
maiorum quærendus fuit, qui ab
improbiorum calumnijs vindica-
ret, refrenaretque audacem eo-
rum

DEDICATORIA.

rum petulantiam, qui hac tempe-
state Religionis expertes, & in Fi-
de naufragi, in Religiosos homi-
nes, eorumque auctores incurrere
& acumen styli figere gloriosum
nefariè ducunt. Vnus, Præful am-
plissime, occurristi, qui hæc qua-
liacunque tueri & possis & velis.
Possis quidem, stemmatis Ennio-
rum nobilitate clarus, decursis sa-
crorum honorum gradibus, ad E-
piscopi, hoc est, summi Sacerdo-
tij dignitatem (qua nulla, teste
Chrylostomo, in terris maior) sis
nec opinato, & renitens euectus:
Velis autem, quod olim pro fin-
gulari tuo in Societatem non amo-
re modo, verum etiam pietate,
trium primorum Generalium
Præpositorum vitas ex eodem i-
pso P. Ribadeneira, Laynis, ac
Borgia, B. verò Ignatij ex Maffeo
Gallicæ genti, quo fructus esset v-

berior

EPIST. DEDICAT.

berior, olim transcripseris. Acci-
pe igitur lubens munusculum nō
tam mole, quam animo metien-
dum, vt tuo in Societatem studio,
ac meritis debitum consecratum
que. Quod si ab æquo rerum æ-
stimatore impetrauero, abunde
magnum sane laboris preti-
um tulisse videar.

Vale.

APPRO-

